PS. GALENUS

Italien, Wende 12./13. Jh. Seite 1v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26465
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT LIBER PASS

ISTE LIBER ediuersis auctoribus scilicet paulo alexandro. ceterisque adomino .xx. compositus sub breuitate. In passionibus tangit theoricam. res naturales. non naturales. et que sunt contra naturam. causas et signa earum. In curis pranticam tangit. scilicet chirurgiam. antidota. et cetera. Egritudo alia uniuersalis que totum corpus tenet intrinsecus et extrinsecus. ut febris. alia particularis que partem tenet ut cephalea. et cetera. Alia est que dici potest uniuersalis et particularis. ut apostema quod fit in pulmone. et epate. et ceteris locis particularitur et uniuersaliter. G. prius fecit uniuersalia postea particularia. Moderni transmutant et incipiunt a cephalea. i. capite que est dignior pars. Omnes dolores capitis possunt dici cephalea. Sed quia hec maior passio. uocatur hoc nomine per ceteris.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI. I.

De cephalea.
De cephalopoma.
De monopagia.
De scotomia.
De eadem.
De epilempsia.
De eadem.
De frenesi.
De mania.
De eadem.
De anteneasmo.
De melancolia.
De litargia.
De eadem.
De capitis dolore.
De dolore auriu.
De dentiu uitiis.
De catarro.
De uua.
De arteriaca.
De sinantia.
De eadem.
De eadem.
De uocis debilitate.

SIQUIS desiderat intente cognoscere intentionem totius libri. prius percursim relegat hec prenotata capitula. que breuiologio in fronte huius libri prenotata reperit. Quibus et cognitis intentionem totius libri cognoscere poterit. hec est uia que tibi monstrat inflexus et reflexus sequentis libri. quam si sequaris nullus error te seducet. quin recte peruenias ad callem librarie intentionis. Que si memoriter tenere potueris erit gratia. et unicuique passioni et curationi bene potes esse conscius. et ita per singulos libros breuiter capitula prenotata repperies.